104 Dico 1°: Non datur obligatio diligendi unum proximum plus intensive quam alium. Ratio; quia interior amor non cadit sub praecepto, ut ex dictis constat. = Dico 2°: Non datur obligatio diligendi plus obiective propinquum, quam extraneum. = Dico 3°; constat ex 2a conclusione ex dictis; Datur obligatio diligendi appretiative unum proximum plus quam alium. = Ut probes has conclusiones Videnum 86.

§ 9.us Unde desumenda sit propinquitas?

105 Quae propinquitas attendenda sit, dubitatur. Gabriel in 3um Dist. 29. q. unica. ait; penes ordinem charitatis praeferendos esse Sanctos, et Deo coniunctos peccatoribus. Unde ait, propinquitatem proximi praeferendi non consistere in maiori coniunctione cum amante, sed cum Deo. Ratio illius est: quia ex charitate id magis debet a nobis diligi, quod magis diligitur a Deo; sed Sancti magis diliguntur a Deo: ergo. = 2°, charitas praefert Deum cuicumque alteri: ergo et praefert, quod est magis coniunctum Deo. = Opposita vera est, et docet ad S. Thomas q. 27. art. 7. et reliqui communiter asserentibus, quod proximi nobis magis coniuncti diligendi sunt plus quam alij. Et quidem non Gabriel aliquid probat, probat proximos diligendos esse supra nos ipsos, si

nobis sanctiores, patet, quod nullus admittit. Probatur, deinde probat: Charitas potest Deum inclinat ad dilectionem nostri, et ut nos ipsos cuicumque alteri praeponamus; ergo etiam inclinat, ut eos magis amemus, qui nobis magis sunt coniuncti. Probatur ex ratione posita initio n.º 103. Probatur 2.º ex S. Aug. Lib. I. de doctrina christiana c. 28: Illis potissimum consulendum est, qui tibi magis coniunguntur, et strictius.=

106. Haec coniunctio triplex potest esse, 1.º naturalis, et 2.º sanguinis, ut Patris ad filium; mariti ad uxorem; &c; 2.º politica, et humana, ut inter amicos, concives, discipulos, benefactores, &c; 3.º spiritualis, ut inter Patres spirituales, et filios spirituales; baptizantem, et baptizatum; Religiosos ejusdem ordinis, et denique inter fideles ratione fidei: Ordo ergo charitatis ex his desumendus est, ut, qui magis coniunctus sit, ceteris praeferatur. Sed quaeri potest cognoscere, quod unus sit mihi magis coniunctus in uno gradu, et minus coniunctus in alio. Quaeres; Quae coniunctio praeferenda sit alteri? Dividit coniunctio. Quae coniunctio praeferenda sit alteri?

107. Resp. coniunctiones naturales per se loquendo praeferendas esse cuicumque alteri. Probatur: quia maior propinquitas praeferenda est minori; a maior naturalis, sive carnalis: ergo. Minor patet ex eo, quod sit intrinseca, immobilior, fundata que in maximo beneficio a Patribus carnalibus, nimirum in vita ipsa: ergo. Habetur expressa S. Thomas hic arti 8. Dico 2.º: Ceteris paribus coniunctio spiritualis praeferenda est politicae, et humanae. Ita S. Thomas hic, arti 8. Probatur: quia ea est nobilior, fundatur que in communicatione bonorum altioris ordinis; et haec doctrina vera est etiam si inter eos dat obligatio Iustitiae; quia ut bene docet Bonazina disp. 3.ª de Legibus, q.ª 4. pte. 5.ª, devemus succurrere Patri in extrema necessitate potius quam creditori; et potius filio naturali, quam spirituali, ut docet Suarez disp.ª 9. sect. 4.ª n.º 12; quia in extrema necessitate omnia bona sunt communia, et cessat obligatio Iustitiae. Similiter ergo inter propinquos ordo servandus est, ut qui propinquior sit diligenti minus propinquo praeferatur. Constat ex dictis.

108. Dubitatur tamen 1.º: An Pater praeferendus sit Matri? Affirmo cum S. Thoma arti 10. Probatur: quia Pater est causa principua, et nobilior prolis, illi que potissimum incumbit cura filiorum; donec ista exercens inter eos, qui sunt in eodem gradu, sit levis est, et communis eius obligatio non est ad mortale. Mater deinde praeferenda est reliquis in 1.º gradu.

109, Dubitas 4º: An Pater praeferendus sit filio, aut uxori? Affirmo quoad 1um cum Magistro Disp. 29, et cum D. Thoma arto 10. Probatur: quia magis debetur Patri, quam filio; et licet filius sit pars Patris, Pater est totum ratione filii; inclinatio autem naturae potius est ad totum, quam ad partem. Affirmo etiam quoad 2um. Probatur: quia nullum beneficium comparandum est cum esse, et vita, quam a Patre accepimus; unde obligatio quoad Patrem est intrinseca et immobilior; quoad uxorem autem est libera, et extrinseca.

110, Dubitas 5º: Num benefactor praeferendus sit beneficiato, scilicet, illi, qui a nobis beneficium accepit? Affirmo cum D. Thoma, arto 12: quia amor benefactoris est magis debitus. De his plura eximius Doctor Disp. 9. sectione 4.

Tractatus Tertius.

De effectibus Charitatis.

111, Effectus charitatis dicuntur illi actus, qui a Charitate proveniunt: ideo D. Thoma hos actus effectus charitatis appellat, de illis quae late disserit a q. 27. usque ad 33. Alii sunt interni, externi alii: de illis prius agam, latius postea de secundis.

Disputatio 1ª.

De effectibus internis charitatis.

112, Universaliter dicuntur effectus charitatis actus a voluntate procedentes, et eliciti propter summam bonitatem Dei, ut potentem obiectum formale motivum charitatis, sive actus versentur circa ipsum Deum tanquam circa obiectum materiale, sive circa alios quoscumque. Actus quae voluntatis, licet sint per primum prosequutionis, per primum fugae. 1us dicitur amor strictus, quo volumus Deo, nobis, et proximo aliquod bonum propter Deum abstrahendo ab absentia, vel praesentia talis boni; sequitur desiderium de absenti, de praesenti gaudium. 2us est odium, sive detestatio peccati quatenus est offensa Dei, hic actus correspondet amori stricto: sequitur timor correspondens desiderio; et tristitia demum gaudio correspondens. Inter hos effectus D. Thoma q. 29. enumerat pacem, quae est unio consensuum, et volitionum rationis cum homo conformatur cum Dei voluntate, et illi subjicitur, a quo provenit concordia cum aliis hominibus in rebus honestis, et in proprio subiecto causat bonum ordinem inter appetitum rationalem, et sensitivum: haec omnia a Charitate proveniunt.

113, Unde soli Justi pacem animi habent, ex illud Ps. 118: Pax

multa diligentibg nomen tuum. Impij vero eam n̄ hent, p. illud Isaie 48: Non est pax impijs dicit Dominus. Pax hęc ẽ donum Spũs Sancti, et pt considerari in hitu, et in actu: in hac vita nullus pt. obtinere pfectam pacem; q. n̄ pt obtineri oĩmoda concordia voltis nrę cum Deo; neq. subjectio appetitus sensitivi nisi in patria; oppositio tm̄ oppinionum, et intentionum discordia n̄ opponunt paci. Pet ex ijs, quę supra Actorum 15. et Hieronimus, Aug., et alij Eccls. PP. disceptarunt, q. n. pacem deperderent. 71 77.

Misericordiam etiam posuit D. Thomas q. 30, quę sic definit: ẽ voltas liberandi alqm a miseria; ideo Theoli cum Mag.o in 4. Distinctioe 46. et cum D. Thoma 1.a pte, q. 21. arlo 3. docent, in Deo dari Misericordiam pprie tale, n̄ so quoad effum, d etiam quoad affum, sive ratoem fsalem.

114, Unde constat, misericordiam n̄ afferre dolorem, aut tristiam de malo alieno, ut docuerunt Phylosi: et lct P.es id sepe dicant, loqunt de creata, quę sepe coniungit cum tristia, et dolore de malo alieno. Vide Prem Hurtado Disp. 145 = Constat etiam, misericordiam pprie nec esse dum sui, d tm alterius. Ideo Damascenus Lib. V. de Fide, Cap. 14, ait: Misericordia ẽ, tristitia in alieniis malis. Et Aug. Lib. 9. de Civitate, Cap. 15, ait: Misericordia ẽ, alienę miserię in nro corde compassio. Nec opponit Eccles. 30: Miserere aię tuę; id enim ẽ impprie, sive quoad pfecum effum, q. nimirum sicuti p misericordiam conamur alqm liberare a miseria, ita p amorem nri, devemus ppicere nro bono. = Constat etiam, misericordiam so ẽẽ q. creas rales; hę enim so pprie miseriam patiunt: imo q. viatores; alię enim, sicut et Deus, incapaces s. miserię. Obtum fsale misericordię n̄ ẽ ipsum malum, ab hoc siquidem voltas n̄ movet, d de honestas reducens in sublevatoẽ miserię alienę.

115, Effus charitatis ẽẽ honestos, et supnales certum ẽ; q. charitas ẽ virtus infusa supnalis, et q. oĩs actus interior charitatis habet ppus bonitatem Deus, qualitem in amore Dei radicat, unde participat illius bonitatem, et supnalitatem. Dubitat tm̄: § 9. 19. Quinam actus sint meliores, et pfectiores, et coenter = magis ex ge suo meritorij?

116, Dico 1.o: Actus, quibus Deus amat meliores s., quam actus, quibus eius amanti. Pbat: q. tales actus desumunt maiorem pfecoem, et excellentiam a suo obto: q.o quo pfectius ẽ, et excellentius ẽ obtum eo pfectiores, et excellentiores s. actus; ac p coens actus, quibus Deus

amat pfectiores, et excelentiores. = R; q amor Dei magis obligatorius ē quam amor creaturarum; d adimpletio maris obligaois facit aum nobiliorem: g°.

117. Dico 2°: Inter aa charitatis q creas ille melior, et pfecte, in quem, magis inclinat charitas; unde melior ē aa, quo quis se amat, quam quo amat pximum; melior ē aa, quo amat pximum conjunctum, quam extraneum &c. ===

. Dico 3°: Aa charitatis q amicum melior ē quam aa q inimicum. Pbat: q aa q amicum magis consentaneus ē ordini charitatis; pt quem magis devemus conjunctum amare, quam extraneum. = R, q amor q amicum sumit pfeoem ex obto; ideoq. peius ē odium q amicum, quam q inimicum; sicut q° amor q Patrem melior ē quam q extraneum, q ille magis conformis ē ordini charitatis, ita amor q amicum. = Neq. obe, q d amor inimici ex suo gē sit difficilior q augmentum meriti n pvenit a difficultae aa, d ab intensione, l a nobilitae obti, aut obligaoe maris; alis amor Patris n ēēt pfeor amore extranei, q difficilius ad hunc inclinamur: Et opa SSmæ Virginis pfora n ēent, q absq. difficultae eliciebant. Aliq do melior pt ēē amor inimici, q do nimirum magis intensus sit, aut a meliori obto, et movo habeat. Nilstm hinc pt nos, qui so dicimus, q d ex tis paribus pfecte amor amici, quam inimici.

§ 9°. An Misericordia sit essalis aa charitatis?

118. Lorca Disp. 33. de Charitae, assertione ultima. Conincle Disp. 36. dubio 9. affirmant, Misericordiam ēē essalem charitae, soq. distinguē distioē inclu dentis ab incluso; q oïs misericordia charitas ē, n a eo; unde pt illos n dat virtus misericordiæ a charitae dista. Communior tm sa cum D. Thoma 2a 2æ q. 30. et cum Eximio D. Disp. 9. seoe 2. admittit specialem virtutem ēē a Charitaeq. distam, quæ misericordia nuncupat.

119. Huic 2æ sa subscribo. Pbat: q virtus, quæ het speciale obtum distum ab alys, dista ē ab illis; d misericordia ita sehet: g°. Pbat mir: Charitas het p obto Deum; d n ita misericordia; succurrere ei miseriæ pximi pcise ppt honestaem repertam in hoc ē obtum frale misericordiæ: g°. = Pbat 2°, soluoe argum oppæ sæ.

120. Argues tm 1°: Possumus sublevare miseriam pximi ppt Deum, l ppt bonitaem pximi: g° n requirit virtus specialis dista a Charitae. = R, nimiu

probare arguitur; quia reliquae virtutes morales possunt haberi propter Deum; et adhuc admittunt speciales, et diuersas a Charitate: quod sublevamen miseriae elicita propter Deum, ex primis bonitatem charitatem; elicita a virtute propter honestatem repertam in sublevatione miseriae misericordiae: sicut aggredi pericula, colere Deum &c., cum sint propter honestatem repertam in ipsis virtutibus fortitudo, et religio, licet etiam possunt haberi immediate propter Deum.

121 Colliges ex dictis Misericordiam esse minus perfectam, et ignobiliorem virtutibus Theologicis, imo ignobiliorem etiam aliquibus virtutibus moralibus, ut Religione, pietate, quae sint nobiliores obiecto formale; unde sunt magis obligatoriae, et ex suo genere magis meritoriae; licet D. Thomas dixerit, Misericordiam esse maximam virtutem; id est non accipiendum absolute, dicto 27 quid; quatenus hoc, quia speciale est huius virtutis non reperiatur in aliis. Verba citata D. Thomae, ni fallor, inveniuntur q. 81. arto 4. ad 1um arguitur, ubi dicit; ut quandam probabiliter videatur concedi facite illis verbis utitur; alias sincoeni procederet D. Thomas; Nam q. 81. arto 6. oppositum docet; ibi est ait: Religio praeeminet inter alias virtutes morales: q. 30. D. Thomas; misericordia non maxima virtutum etiam moralium. Videatur P. Fernando Atrov. ... De Charitate, Tract. 10. Disp. 2.

Disputatio Secunda.

De Eleemosina.

122. Effectus charitatis externos tres numerant: 1. beneficentia; 2. eleemosina; 3. correctio fraterna. 1. est virtus, qua aliquis exhibemus beneficium; quae distinguitur inadequate a misericordia; haec enim benefacit et misero, illa vero ad miseros et erumnosos extendit. Nota cum D. Thoma hic q. 31. arto 1. nullam creaturam tu [illegible] Dei nullam proprie habere beneficentiam; quia benefacere dicit superioritatem tu accipientis beneficium, et hoc beneficium est indebitum accipienti. 2. est eleemosina, quae est opus, quo aliquid tribuitur indigenti adlevandam eius miseriam. Ita Aug. in Enchiri. Cap. 76. et cum eadem, unde est opus Misericordiae, quia ex ... volente liberandi alium a miseria; ratio est: quia opus externum absolute dicitur eius virtutis, quam tale opus propter ipsum amat, ideo cultus externus ad Religionem, et ieiunium ad temperantiam spectat: si quo eleemosina fiat ratione honestatis in illa repertae est misericordia, et si fiat eleemosina proprie sumpta, id est elargitio nummorum,

Quid sit beneficentia?

Quid sit Eleemosina?

q^a deveni, talis eleemosina ē virtus Iustitiæ; si lis ex aliis moveri possunt eam elicere, Vg gratitudinis, pietatis, auxiliique q. ō pauperes, tuncq. erit virtus à cuius moveo ē; et q. coitè fit eleemosina propter amorem proximi, et perfectè propter amorem Dei; ideò apud D. Thoma q. 32. p esse charitatis numeratur. alia ē corporalis, alia spiritualis, quæ notæ sunt fidelibus ex Catheci, ubi decem et quatuor Misericordiæ opera proponunt. Spiritualis claudit hoc Versu:

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Temporalis q. eleemosina hoc sequenti clauditur versu:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Vide P. Valentia Disp. 3ª. q. 9. p. 2.

Laudes illius.= 123, De pstantia, et excellca eleemosinæ vide Valentia, ubi suprà, et Cardinalem nrm Bellarminum Tomo 3. Controversiarum, lib. 13º, de bonis opibus: nobilior effectus illius ē liberare a pecco, et a penis Inferni, ex illud Matthæi. 25: Percipite regnum &; Lucæ, 11: Dates eleemosinam &; Tobiæ 12: Eleemosina ē, quæ mandat pecca. Et Tobiæ 4º: Eleemosina ab omni pecco, et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras. Et eodem Cap. ait senex Tobias Tobiæ filio suo: Substantia tua fac eleemosinam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. Et Aug. S. 16. ad Fratres: Nunquàm vidi pium hominem mala morte finire. Et Ambrosius Sermone 34. Ciprianus Tractu de ope, et eleemosina aiunt: Efficacitatem eleemosinæ cum efficacitate Baptismi conferendam, et ex parte anteferendam.

Hæreticorum errores.= 124, Hæretici dixerunt nullibi solam eleemosinam sufficere ad remissionem peccorum. Quam hæresim confutat D. Aug. in Enchir. Cap. 77. eam, aliqui hærethici, oblivione eam sepultam, novis suscitarunt. Contra quos ē illud Pauli 1º. ad Corinthios Cap. 13: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem n habuero, nihil mihi prodest; et alia testimonia Scripturæ; quibus pœnitentiam, et observao mandatorum tanquàm necessaria ad salutem commendant. Undè testimonia adducta n. 123, dent intelligi de eleemosina impartita ab aū charitatis; siue ē iustificat, dum

habet, quo Deus summe diligitur; sic enim non impedit ab actu charitatis, licet sit dispositio ad gratiam, ut Deus tribuat peccatori magis auxilium, non tamen tollit peccatum; si autem fiat ab homine iusto, satisfacit pro penis devitandis pro peccato iam remisso, et delet aliquas culpas veniales ei oppositas, in quo id præfert Baptismo; hic enim solet delet culpam semel, et devitat illi penam: eleemosina autem toties delet aliquas culpas veniales contra ipsam, et devitat aliquas penas pro peccatis remissis, quoties fit. Præterea eleemosina facta ab homine iusto est meritoria de condigno augmenti gratiæ, quod commune est cuilibet actui supernali ab homine iusto elicito. Nota cum Divo Thoma hic, articulo 3. eleemosinam rei spiritualis magis meritoriam esse, quam rei corporalis; illa enim constat actibus nobilioribus, quatenus nobiliori subiecto, nimirum anime dominanti. De utroque tamen eleemosinarum genere verum est, quod ait P. Hurtado sectione 3.a cum communi Theologorum, nimirum, homines misericordes actus supernali salutem eternam frequenter adipisci; probatur illud Augustini citati n.o 123: ait enim Divus Augustinus Sermone 6.o ad fratres: Nunquàm vidi pium hominem mala morte finire. et probatur illud Matthæi 5: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. ~ §. VI. An eleemosina cadat sub præceptum?

125, Omisso Manicheorum errore refutato a Divo Augustino Lib. V. contra Faustum, Cap. 16. affirmative res de eleemosina corporali. (Postea meam mentem dabo de spirituali.) Conclusio est de fide; probatur illud Deuteronomii. 5: Ego præcipio tibi, ut aperias manum tuam egeno, et pauperi. Et Eccles. 29: Propter mandatum assume pauperem. et Proverbiorum 21: Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur.* Et præcipue ex illo Matthæi 25: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et Angelis eius. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi bibere; etc. Unde patet, dari obligationem gravem dandi eleemosinam; nullus enim damnatur, nisi ob transgressionem obligationis. Idem arguitur ex textu Iobi, Cap. 3.o, ubi dicitur: Immisericordes non posse habere charitatem Dei. Ex his probatur manet dari præceptum divinum. Quodammodo etiam præceptum naturale probatur iam: quia ipso naturæ lumine constat, malum esse non succurrere proximo saltem in extrema necessitate: quod probatur: quia ratio dictat, quod plus æstimet vitam suam, quam pecunia. = Constat ex illo præcepto naturali: Quod tibi non vis, alteri ne feceris. = Probatur 2.o: quia obligatio diligendi proximum est divina, et naturalis; de obligatione dandi eleemosinam saltem in extrema necessitate; qua de re in Præceptorum Charitatis. =

Res affirmative de eleemosina corporali est de fide. =

* et Divus Petrus Chrisologus, Sermone 43, de ieiunio, oratione, et eleemosina, ait: Auditum Dei aperit sibi, qui suum supplicanti non claudit auditum. et Sermone 42: Quomodo petet misericordiam, qui negavit? Et Septuaginta Interpretes, quos ibi citat, aiunt: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam, misericordiam quin dat alteri, tollit sibi. Et ipse S. P. postea, ait:

*Misericordia sibi erit, qui spargit pauperi. et postea: Misericordias, qui seminat inopi sibi metit. Suas Reg vidi.

*Istat etiam ex illo sobrietate includit in illas q°. Ma istat ex n°. 96, = Mir etiam, q° dileo n° dis- Cap. 14: Qui habet mandata mea, et servat ea, ipse est qui diligit me. tit in Verbo, dim opere, * x°. illud: Non qui dixerit mihi Domine Domine, & qui fecerit volte Patris mei, ipse est, qui diligit me. Nec diligit proximum, qui propositio damnata * ire permittit. = Notapre, hanc propositionem esse 12am ex damnatis ab Innocentio XI: Vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui; et ita vix aliquis tenetur ad eleemosinam, quando tenetur tantum ex superfluo statui. =

Objectiones. =

126. Objicies 1°: omnia praecepta naturalia ad Decalogum reducunt a Theologis; de praecepto eleemosinae sic non se habet: q°. = Ido maior, et no minor; nam reducit ad 4um praeceptum, ut ait D. Thomas hic, artlo 5, in quo pietas principaliter q° parentes praecipit, et minus principaliter q° alios proximos; uti aiunt alii cum D°. Ambrosio dicente: Pasce fame morientem, si non pascisti, occidisti; reducit ad 5um praeceptum; uti vero alii cum Alberto Magno in 4um, Distinctione 15. artlo 6, eleemosina redducitur ad 7um praeceptum, in quo avaritia prohibet, ponitque modus amandi bona fortunae, eorumque amor inordinatus prohibet. Quod autem praeceptum eleemosinae sit [illegible] affirmativum non obstat, ut ibi supponatur, imo et includat; quia ibi etiam includit praeceptum positivum restituendi, ut docent.

An praeceptum hoc obliget ex Iustitia, an ex Misericordia?

§ 9us. An praeceptum hoc obliget ex Iustitia, an ex Misericordia?

127. Certum est 1°, aliquos ex Iustitia teneri, slt, eos, qui ab aliis accepere, ut erogent eleemosinam, ut in Patronatu et Maioratu ea lege fundato, pet. de his non dissar, sicut nec de Ecclesiasticis, circa quos specialis controversia est; solum q° loquimur de praecepto omnibus com, vicum quilibet de superfluo tenet pauperibus subvenire.

128. 1a sententia ait, divites teneri ex Iustitia etiam succurrere graviter indigenti. Ita Caietanus 2a 2ae. q. 118. artlo. 4. Aragon q. 23. artlo 5. Cobarrubias Lib. 3. Var. Cap. 14. = 2a sententia ait, solum teneri ex Iustitia q° extreme indigentes. Ita D. Bonaventura in 4um, Dis. 15. Dis. 5. Navarro Lib. 3°. de Restitutione, Cap. 1°. aliique quos refert, et sequitur ex parte P. Hurtado Disp. 119, sectione 3°. = 3a, et vera sententia docet, hoc praeceptum obligare etiam q° extreme indigentes solum ex Misericordia. Ita plures citati a citato Hurtado; quibus adde Malderum 2a 2ae. q. 32. Disp. 3. Conincus D. 27. D. 3.

Bellarminus Lib. 3º. de bonis operibus, Cap. 6. Reginaldus Lib. 4. Cap. 2º. secte 4. = 80.

129. Sit quo 4º nostra conclusio: Nullus ex solo praecepto eleemosinae est obligatus Justitiae, sed Misericordiae subveniendi proximo etiam extreme indigenti. Ita colligitur ex Do. Thoma, quodlibeto 6. articulo 12. asserente: divites non elargientes eleemosinam ex suo Patrimonio non usurpare tanquam proprium, quod alienum est; sed peccare abusu rei propriae, eam non erogando, quando oportet. = Probatur ratione conclusio: quia si obligaret hoc praeceptum ex Justitia, qui non faceret eleemosinam in extrema necessitate, teneretur restituere damna, quae propter tales necessitates proximus incurrit; et hoc falsum est, ut tenent Theologi, et patet in pluribus videntibus damnum proximi, et cum possint, non impediunt illud; qui non tenent restituere, eo, quod ad id ex officio non teneantur, ergo. Probatur maior: quia omnis devitor ex Justitia, si potens non restituit, tenetur ad damna, quae creditor patitur, si proveniant ex ratione iniuriosa retinendi rem alienam invito Domino: ergo &c. = Probatur 2º: quia divites non privantur dominio suorum bonorum, ex eo, quod proximus extreme indigeat, ut ait Dus. Thomas citatus; aliter non possent valide ea bona donare, aut mutuari; et ita donata, aut mutuata deberent indigenti restitui: sicut filius, dum est sub cura patris, non potest dare, aut mutuari bona paterna valide; quia non illorum Dominus: ergo = — Ne ex Justitia obligatus.

130. Obijcies contra 1º. Dus Thomas 2ª 2ae. q. 118. articulo 1º, asserentem Debitum faciendi eleemosinam esse debitum legale; quod proinde illud est ex Justitia; in hoc enim distinguitur debitum legale a debito morali, quod obligat propter alias virtutes. = Probatur ex PP. citatis a Pro Hurtado citato; praecipue ex Do. Gregorio in 3ª parte pastorali cura ad mon. 22: Nam cum quibuslibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur, iustitiae debitum potius solvimus, quam Misericordiae opus implemus. Vide Dum Basilium, oratione 13. = — Objectiones.

131. Resp. Dus Thomas ita intelligendus, ut sibi non opponatur; si enim debitum legale intelligat debitum Justitiae, sibi opponitur loco adducto a nobis nº. anteriori. Ergo, debitum legale apud Dum Thomam esse debitum ex aliqua lege; et si aliquando accipit pro debito Justitiae, hic non potest ob manifestas conclusiones sequendas. = Ad 2º. ratio est, quia SS. Patres saepe in hac materia uti loquutionibus improprijs, et hyperbolicis ad exagerandam obligationem faciendi eleemosinam; et ideo saepe in Sacris

litteris accipit Justitia, non prout est singularis virtus, sed prout complectitur omnes; et sic intelligendus est Gregorius, et alii Patres.

132. Obiicies 2°: Pauper in extrema necessitate potest licite capere bona divitis, ut tenent omnes cum D. Thoma 2.2. q. 66. art. 7: ergo habet ius in bona divitis, quae sibi necessaria sunt ad sustentationem: ergo si dives non succurrat, peccat contra ius pauperis; ac proinde contra iustitiam. = Confirmatur: quia in extrema necessitate omnia sunt communia: ergo = Respondeo concessso antecedenti, negando 1am consequentiam, concessa 1a, nego 2am consequentiam; quia ius pauperis ad summum est, quod ipse possit usurpare bona aliena; non vero, quod dives illi succurrat: unde si dives impediat directe, et per violentiam, quod pauper capiat bona sua, utique peccat contra Justitiam; si vero indirecte, et sine violentia id faciat, occultando nimirum sua bona, solo peccat contra charitatem. = Ad confirmationem dico, quod omnia sunt communia, non quia cesset verum dominium bonorum divitis, sed quia pauper potest licite sumere sibi necessaria.

133. Obiicies 3°: Illud debetur ex Justitia, ad quod faciendum cogi possumus per sententiam Judicis; nullus enim cogi potest ad elargienda, quae sua sunt; sed ad faciendam eleemosinam potest tunc cogi dives, ut dicitur in Glosa, Cap. *Sicut*. Distinctione 47: ergo = Nego utramque partem majoris; quia Judex potest cogere non solo ad servandam Justitiam, sed etiam ad servandas alias virtutes, quae nimirum necessaria sunt ad bonum commune, ut non fornicare, non periurare, non relinquere fidem etc., quae non debentur ex Justitia, sed ex aliis virtutibus ad bonum Reipublicae pertinentibus; ita similiter potest cogere divites ad eleemosinam faciendam.

An ecclesiastici teneantur ad eleemosinam?

§ 9. 13. An Ecclesiastici teneantur ad eleemosinam?

134. Noto 1°: difficultatem esse solo de bonis ecclesiasticis, de illis scilicet, quae percipiuntur ex beneficio ecclesiastico perpetuo, ut Canonicatu, Decanatu, vel beneficio simplici, vel curato: nam de bonis patrimonialibus idem dico ac dixi de secularibus, quod explat Granado Controversia 3a. Disputatione 3. sectione 1a. = Noto 2°: Praelatos ecclesiasticos, et quoscumque beneficiatos teneri sub mortali insumere in eleemosinas, et pios usus omnia bona, quae redditibus ecclesiasticis superfluunt post congruam ipsorum sustentationem. Hoc supponunt nullus Theologus, aut Jurisperitus negat, et oppositum vocat impium Pater Hurtado Disputatione 160. sectione 2. Constat que ex Concilio Tridentino sessione 27. Decreto de reformatione, in quo prohibetur episcopis ditare consanguineos suos ex redditibus

ecclesiasticis; d'illis sed pauperibus succurrere debent. Id etiam a Jure Canonico inculcat. Probat. suppositis quod scilicet fert natura bonorum ecclesiasticorum, et status personae ecclesiasticae: nam clerici ex professione sui status censentur magis stricti operibus pietatis: bona enim ecclesiastica relictas a fidelibus, ut in pios usus consumant, ideoque dicunt patrimonium Christi.

135, Noto 3º. clericos benefitiatos magis obligari ad eleemosinam largiendam, quam divites seculares. Probat: quod seculares non tenent superfluum sui status in eleemosinas distribuere, nisi in casu necessitatis; ecclesiastici a semper tenent, ut diximus: secularis sed in extrema tenet; beneficiarii etiam in gravi; tenent quoque inquirere necessitates proximi, si ecclesiasticus est Episcopus, aut Prelatus.

136, Gravissima quaestio difficilis est; an haec obligatio sit ex Justitia, ita ut si pro- Utrum teneat ex Justitia? na ecclesiastica insumat redditus ecclesiae in usus non pios, teneatur restituere pauperibus, aut aliis piis usibus. = Affirmat Navarro Tractu de redditibus eccl., q. 1ª et 2ª. et in Apologia huius tractus Panormitanus, Turrecrem, et communiter canonistae cum suo Principe Graciano Cap. Episcopus, §. Quia ergo. ex Theologis Alensis, Gabriel Ricardus, Armilla, Turrianus in epistola quam ad verbum refert Navarro ad calcem sui Tractus. Fundamentum horum est quod dona eccl. non sunt sub dominio Benefitiariorum, sed sub dominio eccl., imo et Christi. = 2º sanat. Ita validissime Franciscus Sarmiento Libello de redditibus ecclesiasticis; et in defensione huius libelli contra Navarro, et alii plures citati a Pro Hurtado disp. 160, sect. 5.

137, Sit nostra conclusio: clerici non obligant ex Justitia ad faciendam eleemosinam ex bonis ecclesiasticis. Conclusio intelligenda est de clericis secularibus, Negavi reti- et nullo paupertatis voto obstrictis; quales hodie sunt in ecclesia, postquam facta est divisio bonorum ecclesiasticorum: nam tempore, quo omnia bona erant communia, nulli concessum erat in particulari dominium alicuius boni, sed omnia illis, ut modo in Religionibus accidit. =

138, Probat conclusio. clerici habent dominium suorum fructuum, et bonorum beneficiarorum: quod non tenent ex Justitia &. Consequentia infertur; quod quilibet potest de suis rebus ad libitum disponere sine iniuria, aut iniustitia alterius; licet alias peccet, quod ut ait D. Thomas citatus; in rebus propriis potest quis peccare per abusum, licet non per iniustitiam, et ita peccans non tenetur ad restitutionem, sed ad penam pagendam. Antecedens probat multis; 1º, authoritate Bonifatii Octavi in Cap. Un. de clericis non resi-

dentibq in 6; ubi privat, clericos n residentes dominio fructuum, declaratq eos, n facere fructq suos; tenerique ad restitutionem: g° à contrario clerici residentes hent dominium fructuum, et eos faciunt suos. Coa infert; quia exceptio firmat regulam in contrarium; ut é prius int moralistas. Pbat 2° illud ans ex Tridentino, ses.° 23. decreto de Reformaoe, declarante; episcopum n residentem p rata temporis absentia fructq suos n facere, nec tuta conscientia posse eos retinere; d teneri fabricq eccl, l pauperibq erogare: g° a contrario. Idem indicat Tridentinum de beneficiariis, qui intra duos menses pfessionem fidei n fecerint. Pbat 3°, idem ans: pauperes acquirunt dominium bonorum ecclesiasticorum, que ipsis dant, ita ut ptem acceptam faciant suam, illaq. p libito possint uti: g° etiam clerici acquirunt dominium bonorum, que ipsi ex hibent, et iis possunt uti p suo libito. Ans certum é; coa a paritate raois urget; Nam divisio bonorum facit, ut ptem sibi distributam faciat suam, illamq. tanquam Dominus acquirat.

139. Preterea, ecclesiastici hodie s capaces dominii n minus, quam pauperes: g°= Constat 1°: q clericq det solvere es alienum contractum ex fructibq sui beneficii: g° é Dominus illorum. Ans constat ex cap.° Pervenit, extra de fide iusso. Coa pbat: q nullus pt solvere debitum pprium ex bonis alienis: g° Constat 2° ex praxi Regnorum Hispanie, et Gallie, ubi clerici n episcopi testant de redditibq suorum benefitiorum, et eorum heredes constituunt: g°=

Objectiones.= 180. Objicies 1°: In variis Canonibq dr, bona eccl nec sacerdotum, d pauperum; et clericos nec dominos, d dispensatores, et pcuratores bonorum eccl: g° ex Iustitia tenent de superfluis facere eleemosinam.= R, eos canones aliquando loqui de bonis immobilibq eccl, n vero de fructibq Beneficiariorum. Preterea, alii canones loquunt de fructibq benefitiatorum eo tempore, quo nerat facta divisio bonorum ecclesiasticorum, quam aliqui dicunt factam éé à Simplicio Papa circa annum 470; alii vero à Silvestro anno Domini 324, in Conc. Rom. 2°. Cap. 4: tandem alii canones vocant bona ecclesiastica bona pauperum.

181. Objicies 2°. Episcopi, et benefitiarii n possunt testari de bonis ex benefitio ecclesiastico pvenientibq, ut constat ex variis capitibq Iuris adductis à Navarro: g° n s domini eorum bonorum.= Constat: q bona immobi-

bia empta ab ecclesiasticis ex redditibus eccl. ptinent ad ipsas ecclesias, non veró ad clericos: q° &c.

142. Resp. negando ant. arguti, et 2sequentiam; q° ea iura 2munia abrogata 2suetudine, presertim in Hispania, et Gallia. Resp. 2°, osso antis negando conseq. arguti et 2firmaoni; q° ex eo, q° clerici privati non possint testari non sequitur, q° non sint domini, dico, q° sit impeditum dominium in ordine ad hos ex precepto eccl. sicut impuberes, et pupilli, licet habent verum dominium suorum bonorum, impediunt ab eccla, ne disponant de illis.

143. obijcies 3°: Illa pars, quae assignata e pauperibus in divisione bonorum ecclesiasticorum, hodie 2fusa e cum redditibus clericorum; dea pars devet ex Iustitia pauperibus: q° = Nomarum; q° ex illa pte pauperum pla instituta hospitalia, et opa pia in beneficium pauperum. In Regno Hispaniae magna pars decimarum Regibus e designata ad defensionem eccle 2° Infideles. R.; nominum; q° illa pars só devet pauperibus ex precepto eccl.; quo cesante, aut abrogata nova divisione, loppa 2suetudine só devent pauperibus ex charitate. Et si 1° divisio dedit ius pauperibus, cur 2° non dabit clericis?

§°. 4°. Quandó obliget hoc preceptum?

144. So in cu necesitas obligat; et affirmamus, q° triplex e pt. levis nimirum, gravis, et extrema. 1as patiunt pauperes, qui ostiatim stipes querunt, l in Xenodochijs alunt. 2a e, q° timet notabile detrimentum proximi, nisi ei succurrat, ut si ex inopia sequeret proximo gravis morbus. 3a e, q° proximo imminet periculum mortis nisi ei succurrat. Bona etiam ad tria capita reducunt. = Alia s. naria ad vitam; alia naria ad statum; alia superfluata ad vitam, quam ad statum. =

145. Dico 1°: Non obligao erogandi eleemosinam extreme indigenti ex bonis narijs ad vitam propriam. Ita oes cum D. Thoma hic, q. 32, artº 6°. Probatur q° ex ordine charitatis det quis se plus diligere, quam proximum privatum, ut 2stat ex n°. 98. Si persona indigens sit naria ad bonum coe, tenet illi succurrere etiam de his bonis, ut 2stat ex n°. 95; cum veró persone privatae, licet possit quis succurrere, ut 2stat ex N°. 101, non tamen tenet.

146. Dico 2°: De bonis superfluis ad vitam, et ad statum tenemur facere eleemosinam. Conclusio e certa apud oes. Probatur; q° cum preceptum eleemosinae obliget,

quoad nulla bona devet intelligi magis, quam quoad superflua.

147, Dico 3.º De bonis omnibus superfluis tenemur facere eleemosinam proximo graviter indigenti. Ita D. Thomas in 4.º, Distinctione 15. q.ª 2.ª articulo 4.º ad 4.um: Præceptum, ait, elargiendi eleemosinam obligare, quando homo habet multa, quibus non indiget, etsi pauperes extremæ necessitatis non appareant. Ita etiam plures citati à Granado Controversia 3. Tractatu 11.º Disputatione 12.ª, sectione 3. exprimis etiam Dominus Disputatione 7. sectione 3. et alij. = Probatur 1.º ex Sacra Scriptura, in qua, varijs in locis, ut explant PP. declaratur obligatio hæc, præcipue ex illo Matthæi 25, ubi dicitur, plures damnandos, eo, quod nudos non operuerint, et incarceratos non visitarint; dicta autem non sunt in extrema; nullus enim, aut rarissime moritur pro nuditatem, aut incarcerationem: ergo = Ex illo etiam Lucæ 16. ubi dives avarus damnatur, quia non misertus est pauperis Lazari, cujus necessitas non erat extrema. Vide testimonia Sanctorum apud P. Valentiam Disputatione 3. q.ª 9. p. 4. =

148, Probatur 2.º: quia homo lege charitatis tenetur sublevare miseriam gravem proximi, quando commode potest; dives autem bona superflua commode potest: ergo = Confirmatur: quia obligatio faciendi eleemosinam de superfluis oritur ex necessitate proximi: ergo si necessitas proximi gravis est, obligatio illi succurrendi est etiam gravis.

149, Dico 4.º: Nullus tenetur in necessitate levi proximi illi dare eleemosinam. Ita P. Hurtado Disputatione 159, sectione 5.º 2.º aliquos citans. Probatur: quia obligatio dandi eleemosinam non oritur præcise ex abundantia, et superfluitate bonorum, sed etiam ex necessitate illorum, quibus est succurrendum; nam divitiæ abundantes possunt iusto titulo haberi, ut latè probat Bellarminus Tomo 4. Lib. 3. de bonis operibus, Cap.º 10: ergo = Confirmatur: quia nullus tenetur ad eleemosinam, quando prudenter iudicat, proximi necessitatem ab alijs esse depellendam; sed hoc contingit in necessitate levi: ergo =

150, Probatur 2.º: quia si de superfluis teneretur homo sub mortali erogare eleemosinam in communi necessitate, peccaret, qui predicta bona insumeret in ædificando templo, vel Monasterio, vel in erigendo aliquo beneficio Ecclesiastico: præterea dives ingrediendo Religionem peccaret, si donaret bona sua Religioni, aut Ecclesiæ; sed utrumque absurdum est: ergo. Probatur maior:

q^a ea opa cadunt sub pceptu; d qui omittit opa, quae cadunt sub pceptu; et n facit, quae cadunt, peccat: q^o = Pbat: q^a valde rigidae esset obligao sub mortali; ex ea enim fere oes divites damnarent: q^o =

151 Dico 5^o: De bonis nariis ad statum tenemur facere eleemosinas in extrema necessitae. Vide Ptum Hurtado Disp^e 159. seoe 6^a. subseoe 5^a. Scom, et pbat: Tanto maior obligao succurrendi pximo, quanto maior necessitas; d in necessitae gravi tenemur succurrere de bonis oio superfluis: q^o in necessitae extrema debemus n solo de bonis superfluis, de etiam de nariis ad statum. = Pbatur: q^a aliqd damnum in dignitae, et decentia prii statis, est ^a raoe inalem, et charitae postponendum e vitae pximi: q^o =

152 Dico 6^o: De bonis nariis ad statum tenent divites facere eleemosinas etiam in gravi necessitae, si id possunt s.^e magno detrimento. Ita Cardinalis noster P. Bellarminus ubi supra. Pbat: q^a ordo charitatis exigit, ut pferamus totum statum, et notabile damnum pximi, alicui pti prii statis:

153 Dico 7^o: Nulli psonae privatae extreme indigenti debemus succurrere de bonis ita nariis ad statum, ut s.^a illis prius deiiciat statu prio. Ita eximius D^r. Disp^e 7. seoe 4. n^o 13. Pbat: q^a deiectio prii statis e damnum gravissimum; d cum gravissimo damno prio n obligat charitas ad tuendam vitam pximi: q^o = Itaq. deiectio statis moralir reputat malum maius, aut saltem aequale morti; pet ex eo, q^d nobilis n teneat ad servandam priam vitam, dare oes suas opes, relinquendo se, et suos in mendicitatem, lcet captis ab inimicis mors illi immineat: neq. aegrotus tenet exquisitas, et ptiosas quaerere medicinas cum deiectione statis sui etiam si morte tur- bet: q^o assrario etiam pet, q^a valde nocivum e Reipublicae, q quis statu suo pribet; nam utilius e Reipublicae opulentus civium status, quam vita paupris pro- vati; q^a plus laedit Republica eversioe statis, quam morte parlaris. =

154 Obiicies 2^o. 3^m dictum: ho n tenet seipsum gravi necessitae liberare: q^o neq. alium p eleemosinam. Pbat ans: ho pt velle ppr Deum pati graves necessitatem, infamiam slt, et fortunarum ruinam: q^o = Pbat ex Plo 2^a ad Cor. cap. 8: Vestra abundantia eorum inopiam supleat; hoc a n impe- rans dico, sed consilium do. = R^e distinguendo ans: ho n tenet se ipsum

gravi necessitate liberare in bonis, quorum non est dominus, non: quorum est dominus, concedo ans. Unde cum non sit dominus suae vitae, aut membrorum peccat lethaliter si potens non evitat suam mortem: infamiam vero, et fortunam suam dominium habet, ideo q. in his pt permittere damnum. Et retorqueo argumentum: ego teneor liberare me gravi necessitate in bonorum, quorum sum dominus: ergo etiam teneor liberare proximum in iis de bonis; atqui nullius boni proximorum sum dominus: ergo in omni necessitate deveo succurrere, si commode possum, proximo. = Ad confirmationem dic, Apostolum 10 hortari Corinthios ad eleemosinam faciendam Hierosolimitanis; quia forte Corinthii non habebant superflua simpliciter, sed tamen aliorum dicantur abundare, vel quia de superfluis possunt facere eleemosinam aliis concivibus; quia divites possunt uni, potius quam alteri subvenire, quando omnibus non possunt.

155, Obiicies 2º: ex bonis superfluis pt dives fundare beneficium, aut Monasterium v.g.; de hoc esset illicitum, si daretur obligatio faciendi eleemosinam in gravi necessitate: ergo. Probatur minor: Semper in Republica dantur graves necessitates: ergo = R. concessa maiori, negando minorem, et ans probationis; quia non semper occurrunt graves necessitates, quibus deveat subvenire, v.g. si eas ignoret, vel si prudenter iudicet ab aliis sublevandas.

156, Instas: Semper sunt aliqui captivi, alii in carceribus detenti pro alieno aere; de his est notitia diviti: ergo. R., has necessitates per se loquendo non esse graves, sed ordinarias, et communes; solo q. debet dives vitare alia, v.g. si diviti constet, alicui ex his mortem, morbum, aut infamiam imminere, tunc tenebitur succurrere.

157, Obiicies 3º: ex nostra sententia sequitur, plurimos divites damnari. = Respondent alii, verum esse maiorem partem divitum damnari propter immisericordiam, et quia communiter congregant opes modis iniustis; et ex affectu avaritiae. Ideo quod difficilius intrant in Regnum Caelorum, quam camelum per foramen acus: imo Bañez addit, etiam multos confessarios divitum damnari, eo, quod eos non inducant ad succurrendum pauperibus. Mitius cum aliis reo, divites multis rationibus excusari. 1º, quia non constat illis habere bona superflua ad augendum statum; 2º, propter ignorantiam miseriarum inopum, quam non tenent inquirere; 3º, quia probabiliter iudicent, egenos ab aliis sublevandos; si vero nulla ex his rationibus

det, damnabunt ipsi, et eorum confessarii; quia eos non inducunt ad eleemosinam. =

~ Alii sed Prob. obligant divites ad eleemosinam etiam in levi necessitate. Probatur 88.
stant plurimi; unde narium nimis est divitibus eleemosinam facere ut damnationis
evitent pericula.

158, Objicies 4.° contra. Christus dictum: quilibet debet diligere proximum sicut seipsum; sed
non ita potest eum diligere, si non succurrat eum etiam in levi, et communi necessitate: ergo. Probatur minor: quia quilibet
habens communem necessitatem vult sibi ab aliis subveniri: ergo. = Respondeo concessa majori, negando minorem, et concedente
ssante probationem, non communem; quia dilectio proximi non debet esse omnino equalis cum dilectione qua nos ipsos, sed
solum ad imitationem illius; nam potest quis velle episcopatum [illegible] sibi, et tamen non tenetur velle episcopatum proximo.

159, Objicies 5.° omnes necessitates leves pauperum simul sumptae constituunt graves necessitates Reipublicae; ad tenetur ad graves necessitates Reipublicae sublevandas: ergo. = Nego minorem; quia sicut quelibet necessitas non est gravis respectu personae singularis, ita omnes simul sumptae leves respectu totius Reipublicae. = Imo ut bene notat P. Hurtado, Reipublicae expedit, quod
dent eae necessitates communes; aliter enim nullus homo aliis hominibus indigeret. = Nota tamen, quod frequenter est peccatum veniale omissio eleemosinae etiam in levi; quia nasci solet ex affectu avaritiae, quo
non dato nullum erit peccatum talis omissio.

§. 5. Questiunculae utilissimae resolvuntur.

160, Queres 1.° an satisfiat praecepto eleemosinae mutuando? Respondeo, quod si pauper non habet
aliqua bona in spe cum probabili fundamento non satisfit illi [illegible] mutuando; secus
vero si habet praedicta bona. Probatur 1.a pars: quia hoc praeceptum aliquando obligat; ad nunquam magis,
quam cum pauper est in extrema simpliciter: ergo. = Probatur 2.a pars: quia ille non est in extrema simpliciter. Ita colligit ex D. Thoma q. 32. articulo 5. et q. 66. articulo 7. &c.

161, Queres 2.° an dives, qui mutuando dedit pecunias graviter, aut extreme indigenti possit ab eo aliquid extra sortem exigere ratione lucri cessantis, aut damni emergentis? Respondeo negative cum P. Vazquez Opusculo de Eleemosina, Cap. 1.° dubio 6. Probatur: quia
lucrum cessans, aut damnum emergens solum potest in pactum deduci, quando liberum est mutuanti
pecunia illa negotiari; sed quando dives dat mutuando pecunias extreme, aut graviter indigenti, non est liberum mutuanti pecunia illa negotiari: ergo. Probatur major: quia nulla alia ratione potest acquiri lucrum, vel vitari damnum. Probatur etiam minor: quia mutuans in hoc casu tenetur ratione
miseriae succurrere proximo: ergo &c.

162, Queres 3.° an possit fieri eleemosina de bonis injuste acquisitis?

R. de bonis his, circa quae non adquirit dominium (talia sunt, quae per furtum, rapinam, usuram, aliumve modum contra justitiam acquirunt) non potest fieri eleemosina: de bonis vero, circa quae acquirit dominium (talia acquirunt Meretrices, Lenones, Assesini etc.) potest fieri eleemosina. Probatur: quia in primo casu non est dominus, in 2.o vero dominus est. Ita plerique cum D. Thoma hic, articulo 8.°; et cum D. Aug.°, sermone 32. de Verbis Domini. =
Nota vero in casu extremae necessitatis de quibuslibet bonis posse fieri; quia moraliter loquendo tunc non censetur invitus dominus.

163. Quaeres 4.° An pauper, cui relicta est libera dispositio alicujus eleemosinae absque speciali aplicatione ad aliquam personam possit licite sibi aplicare eam eleemosinam? R. cum D. Thoma hic, articulo 9.°, affirmative. Probatur: quia eo ipso, quod sit dispensator non fit peioris conditionis. Unde, qui omisit horas Canonicas potest sibi retinere fructus si pauper est, quos ob omissionem tenetur restituere. Ita Navarrus in Summa Cap.° 25. n.° 122.

164. Quaeres 5.° An sit vera eleemosina, quae exhibetur pauperi ficto? R. affirmative, dum dans illam judicet esse pauperem vere accipientem. Probatur: quia virtus misericordiae respicit miseriam ut existimatam, ut patet in aliis virtutibus, sicut facio aliquid, quod judico mandatum esse a Praelato, vere obedio etiam si praeceptum revera non sit: q.° 87.

165. Quaeres 6.° An, qui simulata paupertate accepit eleemosinam teneatur restitutioni? R. affirmative cum Navarro in Summa cap.° 17. n.° 103.; nisi prudenter judicet, elargientem velle ita factum esse etiam cognita fictione. Probatur: quia donatio illa nulla, et invalida est; datur enim error circa substantiam actus. =

Disputatio 3.a

De Correctione fraterna.

166. De ea tanquam de re gravissima disputant Theologi Scholastici cum Magistro in 4.° Distinctione 19. et cum D. Thoma hic q.° 33. Interpretes etiam Scripturae, ad illud Mathaei 18.: Si peccaverit in te frater tuus etc. Nec non et Jurisconsulti Cap.° Si peccaverit, q.° 1.° et denique Summistae Verbo Correctio fraterna. = Igitur sic correctio fraterna definitur; Est consilium, quo peccatorem hortamur, ut a peccato discedat. Ita colligitur ex D. Thoma articulo 9.° Differt correctio fraterna a judiciali; quia illa solo intendit emendationem proximi sive remedium peccati proximi, quatenus malum est ipsius. Judicialis

vero quae punitiva est, non tantum intendit emendationem peccatoris, sed etiam poenam illius in exemplum aliorum; ideo quae est actus Iustitiae, et solum datur in Iudicibus, et Praelatis; 1ª est actus misericordiae, prout quae reperitur in fratre tamquam fratris; est in quantum actus misericordiae; quia oritur ex voluntate liberandi proximum a peccato, quod maxima miseria proximi est. Praeterea actus charitatis moralis, et Theologicae etiam erit, aut esse potest propter diversa mova. Hanc correctionem esse praeceptam docent omnes ex Scriptura et Patribus. Vide P. Valenzia Disp. 3. q. 10. puncto 2º. Colligitur quod ex illo Mathaei 18: Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum; quod esse praeceptum dicunt Interpretes. Probatur: quia si misericordia nos obligat succurrere proximo quoad temporalia, et corporalia, quanto magis quoad spiritualia.

167. Haec obligatio ex suo genere est ut potius circa materiam gravem obligat sub mortali obrationem proximo datam. = Ex quo infero, hoc praeceptum etiam esse naturale; quia ratio naturalis dictat, subvenire proximo in necessitate spirituali. Ideo Aristoteles in Proverbiis ait: Secreto admone amicos, palam lauda.

168. Obijciunt Haeretici: Correctio fraterna inutilis est, quia lade grafdeis [illegible] Si vero, sine correctione emendabit peccator. Si vero, nullus ex correctione sequetur effectus: ergo = Ob hoc argumentum D. Augustinus scripsit librum de correctione, et gratia, in quo necessitatem auxilii cum necessitate correctionis concordat. Deus ergo solet dare gratiam, qua data contingere potest, quod homo non emendet, nisi detur correctio.

169. Obijcies 2º: Quando malum est proximo voluntarium non tenemur illi succurrere; dictum se habet malum spirituale: ergo. Probatur maior: quia non tenemur succurrere nisi in necessitate: ergo = Nomatem, ad probationem dico, nos teneri succurrere, in necessitate etiam suborta a libera determinatione antis qualis est illa.

§. 19. Quae sit materia obligans huius praecepti?

170. Materia, quae sufficit, loquimur modo; haec est quilibet defectus alius; quia quilibet est miseria, quam possumus sublevare: loquimur ergo de materia obligante sub praecepto. = Dico 1º: omne peccatum mortale est materia obligans ad correctionem. Ita omnes Scholastici, et infertur ex illo Mathaei 18: lucratus eris fratrem tuum: ergo ad correctionem supponit, hoc perijsse: atqui per quod debet peccatum perit: ergo

171. Probatur ratione: omne peccatum est gravis miseria, et necessitas proximi: ergo = Neque obstat, quod Christus dicat, Si peccaverit in te &c; ex quo aliqui inferunt

nõe, imò Origenes hom. 6. in Math. ait; nullum peccatum mortale ee, mas correctioni, q. n. correctiones. Sed hec expositio falsa e; nam ut ait S. Thomas quodlibeto 11. arto 12. ly inte, idem e, accoramte, l tescienti;
172. Rogas: V teneamur corripere peccatum p̄teritum? R. negavi; q. fructus correctionis e emendatio p̄ximi, qua data, cessat finis. Loq. ma correctione iudiciali, sive punitiva; q. hec eius emendatio intendit penam pecci, et exemplum aliorum.
173. Rogas 2.: V possimus differre correctiones usq. ad tempus, quo p̄ximus tenet resurgere a pecco? R. negavi. Ita S. Th. ex imus Disp. 4, ita 2. et fere oes SS. asserentes, cum p̄ximus labit in peccatum, nos admonere obligari. Pbat: q. peccatum e ma gravis semper; dad ma graves tenemur: g.
174. Obijcit Turrianus Disp. 86. dubio 2. Proximus n tenet resurgere statim a pecco: g. neq. nos ad corrigendum statim ac labit etiam si possimus; si quidem n magis tenemur ad querendum bonum p̄ximi, quam ipse. R. Dcesso anti, nando cons; ad ratio em dic, sepe nos teneri adhibere media ad bonum p̄ximi, que ipse licite pt omittere. Ergo ei teneor succurrere gravi infamia p̄ximo, cum hic eam licite possit p̄mittere p̄ ptum; item Plati, et Iudex tenent adhibere media ad correctiones subditorum, que n tenent subditi adhibere: Disp. g. e, q. p̄ceptum correctionis obligat, quoties dat ma; p̄ceptum á pene n, nisi statutis temporibus S., l humo iure.
*Pbat: q. odia restringenda, ut prius e; d correctio odiosa e: g. d si obligaret in veniali n restringeret: g. =
